Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. I. Pars II.
Wien, 1794 Seite 1853
Quelle:
Copyright:

Vnns ist die vorrede, die neulich für das buech ist gemacht, nit zugestelt &c. Methodus, ut in Opusculo priore. Ad calcem subscribuntur: *Den 18 Junij 1548. Johan. Pomeranus Doctor. Georgius Maior Doctor. Caspar Creutziger D. M. Philippus Melanthon.*

VII. *fol.* 48. *Consilium pium de causa religionis Interim.* Additum alia manu: *Viti Theodori.* Scriptum moderatum germanicum e praecedentium tamen sententia. Incipit: *Gottes gnad vnd trost zuuor, fursichtige Erbare vnnd weyse herrn. Ich hab vernommen aus anzeigen N. N.* &c. Ad *Ratisbonenses* directum patet e subscriptione: *Ad Augustam Tiberij. 1548. Ortholphi Theo.* quem *Ortholphum* an eundem cum *Vito* putem, haereo. Mox ab ingressu memorat Autor, se olim ad reformandam *Ratisbonensem* Ecclesiam adhibitum fuisse.

VIII. *fol.* 54. *Joh. Brentii* Exceptiones contra *Interim* germ. *Bedenckhen H. J. Brentzij auff das Interim.* Initium: *In dem ersten furtrag vnd hernach in dem Rathschlag* &c. In eundem cum prioribus sensum. Redeunt *Cod.* CCCCLXXXIII.

IX. *fol.* 65. *Magdeburgensium* Libellus ad Caesarem contra *Interim* germ. Titulus: *Einer Christlichen statt vndertheinig anttwort auff das von K. M. vberschickt Interim, vnd ein radtschlag der predicanten der selben stadt.* 1548. Initium: *Aller durchleichtigster* &c. *Was E. R. K. M. der Religion halb (nemlich wer es ettlich gelerter mainung* &c.

X. *fol.* 68. Anonymi Lutherani Exhortatio ad illos, qui Religionis ergo infestantur, germ. Titulus: *Ein kurtzer trost vnd vnterricht deren, so vmb das heilig Euangelij der warheit, vnd der rechten lere willen in gefar vnd leiden komen.* Initium: *Johan. 15. vnd 16. verkhundt der herr seinen Jungern* &c. Agitur de Iustificatione, Sacramentis, Ecclesia &c. nomenque Autoris, ni fallor, ad calcem his literis indicatur: D. H. N. 1548. *D. Hier. Noppius.*

XI. *fol.* 116. Formula Revocationis Pastoribus Lutheranis proposita germ. ironica, ut videtur; incipit enim: *Ich N. Narr vnwirdiger Priester*, et mox Pontifex *sanctissimus Antichristus* adpellatur. Titulus huic Formulae praepositus longe aliud promittit; nam ita legas: *Von der Messe vnd irem Canon Magistri Joannis Agricolæ Eisleben lehr vnnd schrifft, welche er auf dem Reichstag zu speier in der epistel zu den Colossern gepredigt, vnnd folgent Anno 1527. zu witteberg im druckh offentlich hat aussgehn lassen, dem Interim so er jetzunt hat helffen stellen, gantz entgegen, daraus sein geist zuuermerckhen.* Qua ratione id factum, ignoro.

XII. *fol.* 120. Exemplum aliud Libelli *Magdeburgensium* N. IX. relati. Praecedit tamen hic Consilium contra *Interim* eidem Civitati a quodam Pastore Anony-